



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXVI. Drochtlevus und Lippold von Döhren verkaufen die Hälfte des Dorfes
Linthof und der Mühle zu Möllenbeck an das Kloster Diesdorf, am 1.
Dezember 1323.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

cum omnibus suis attinentiis videlicet aduocatia, pascu porcorum, lignis cremabilibus et fructiferis, seruiis et hospitiiis, quam dominus Bartoldus dictus scriptor suis elemofinis emit et comparauit ad altare omnium sanctorum in claustro Dambeke erectum et dotatum, warandabimus bona fide ad bonum predicti claustri Dambeke, donec ab honestis famulis Thiderico et hinrico, fratribus, dictis de Dannenberge, a quibus dictus dominus Bartoldus emit villam prefatam, claustro proprietate ordinetur; proprietate vero ordinata ab illis de dannenberge et eorum fideiussoribus sepedictam villam resignabimus, dum a preposito et sanctimonialibus in Dambeke primo fuerimus requisiti. In cuius testimonium presentibus nostra sigilla sunt appensa. Datum Saltwedele, anno domini M^o. CCC^o. XXII^o., in die exaltationis sancte Crucis.

LXVI. Drochteleus und Lippold von Döhren verkaufen die Hälfte des Dorfes Linthof und der Mühle zu Möllenbeck an das Kloster Diesdorf, am 1. Dezember 1323.

Nos drochteleus et lippoldus, fratres, dicti de doren, coram vniuersis et singulis tenore presentium protestamur, quod cum consensu et vnanimi voluntate omnium legitimorum heredum nostrorum vendidimus Ecclesie in distorp monialibus pro triginta duabus marcis et octo solidis lüneburgensium denariorum dimidietatem ville linthop et dimidium molendium in villa molendenbeke cum omni iure, Cum aduocatia, cum pratis, cum pascuis, cum siluis, cum campis, cultis et incultis et cum omnibus attinentiis suis, que bona sicut nos habuimus sic eadem predicta moniales hereditarie optinebunt, hoc adiecto, quod si dicte moniales in dictis bonis impetitiones aliquas paterentur eciam quocumque modo, has nos sicut iuris fuerit sine periculo dictarum monialium tenemur ex warandia nostra super dicta bona et uolumus, excepta proprietate, in omnibus disbrigare. Datum et actum Hidlakere, anno domini M^o. CCC^o. XX^o. III^o. sequenti die beati andree apostoli, sub sigillis nostris et sub sigillo domini gherardi de doren, neenon domini gherardi vuulf, militum, presentibus domino plebano domino alberto in Hidlakere et domino olrico milite de warmizdorp et aliis fide dignis.

LXVII. Johann und Dithard, Gebrüder von Döhren, verkaufen dem Kloster Diesdorf ihren vierten Theil des Dorfes Linthof und an der Mühle zu Möllenbeck, am 1. Dezember 1323.

Nos iohannes et dithardus, fratres, dicti de doren ad noticiam omnium hominum tenor(e) presentium cupimus peruenire, quod cum consensu et vnanimi voluntate omnium legitimorum heredum nostrorum vendidimus monialibus ecclesie in distorp pro sedecim marcis et quatuor